



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 46. Sessio ad vigesimam secundam Aprilis diem a Cardinale Mantuano
indicta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

ctio illa inter Sessionem, & Congregationem Generalem nonnisi conficta
Sæcul.XVI.
A.C.1563.
esset, cum tam in hac, quam in illa
iidem Præfules convenirent, ac tanquam res decisa habenda esset, quicquid
in congregatione generali decretum
fuerat, nihilominus insuperhabita hac
cavillatione Sessionem esse differendam
conclusum est.

§. XLVI.

*Sessio ad vigesimam secundam Aprilis
diem a Cardinale Mantuano inditta.*

Altera die quarta Februarii Cardinalis Mantuanus omnibus Synodi Partribus in conventu generali congregatis hæc proposuit: *Peruenimus ad Ses- Pallav.n.13.
sionis diem, non tamen peruenimus ad con- Raynald.hoc
cordiam Sessioni præituram: etenim cum
ingens peccatorum cumulus, inter nos, &
Patrem misericordiarum interjedus, non-
dum sublatus fuerit, non potuit ipsius
misericordia ad nos descendere, qua disji-
ceretur dissensio supra Ecclesiæ Principes
diffusa. His dictis necessitatem diffe-
rendæ Sessionis ostendit, rationemque
reddidit, propter quam assignanda esset
dies vigesima secunda Aprilis, quæ in-
cidit in feriam quintam post octavam
Paschatis. Postea hæc subjunxit: in-
terim optarent Præsides, ut Synodi
Patres interea colligendis abusibus, qui
quoad*

Sæcul. XVI quoad Sacramentum Ordinis irrepsisse di-
A C 1563. cuntur, infudarent, prout eis per libellum
 a Secretario traditum, fuerat injunctum,
 insuper eodem tempore Theologi articu-
 los de matrimonio discutere, atque iis,
 quæ in priori Sessione fuerunt præscripta,
 ultimam manum admovere, pariterque
 ea decidere jubebantur, quæ utrumque
 hoc Sacramentum concernunt: proin
 hujus temporis diuturnitas illos non de-
 terreat, spectata longiori illa mora, quam
 Theologi in concinnandis argumentis
 jam decisis antea impendebant, & Pa-
 tres ad proferendas suas sententias in-
 sumperunt.

§. XLVII.

*Cardinalis Lotharingius reformatio-
 nem urgeri postulans.*

Pallav. n. 14. Quamvis hæc dilatio Cardinali Lo-
Lettr. de tharingio pergrata esset, se tamen
Visc. to. I. ei ægerrime consentire simulabat; spe-
p. 15. rabat enim, qnod interea fors Sedes
 Apostolica mortuo Pontifice vacatura
 esset, ac re cum Cæsare collata His-
 spaniæ Regis voluntatem explorare, &
 denique tumultuum exitum in Galliis
 præstolari, necnon spectata harum re-
 rum vicissitudine, quid demum consilii
 caperet, prospicere posset: cum autem
 sententiam suam proferret, prolixo ser-
 mone Patres, ut morum emendationi
 incum-